

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt vicesimvmoctavvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

cipiam, quoniam ab ortu solis usque ad occasum eius magnus est nomen meum in gentibus, id est Christianis. Unde Moyses Deutero. xxvij. Erunt gentes in capite, et populus incredulus in cauda, id est in fine mundi pauci Iudaei conuertentur ad fidem, uidentes se esse illos per Antichristum. Ideo Esaia. lxix. ca. dicitur, Interficiet te populum incredulum deus Israel, uocabit seruos suos nomine, id est gentes Christianas. & haec de perfidis Iudaeis sufficiant.

REDUCTIO ALIQVAVRVM RERVV QVAV
à supercaelestibus suas naturas & proprietates recipiunt.

CAPVT VICESIMVM OCTAVVM.



Redendum est utique apud omnes, in uiuentibus produci semen cui maxima uirtus conascitur, mirifica commixtione summi creatoris providentia, Genesis. i. Germinet terra herbam uirentem, & facientem semen ita, ut granum unum centuplum producat. Luc. viij. & ex nucleo minimo, in millesies millicuplo maior arbor gignitur. In his quoque infinito per succedentium spirituum gigniturorum, quemadmodum & in spermatibus animalium nemo sanementis dubitet uirtutes contineri. Crescunt & gemmae uirtute astrorum agentium in terram partes eius alterando, soluendo, segregando & purificando. suis uirtutibus preparant spiritum uisibili simili immittendo, unde coagulantur & inde infiguntur, sicque figendis uirtus & natura inbibitur & conascitur, quae maxima apparuit apud philosophos, & adhuc apparent constellationibus suis debite adaptatis, ut uirtus Topasij descendit ab Alphaeta, Saphiri ab Alphaioch, ut Hermes tradidit in libro de quindecim lapidibus. Sic & metallorum mineris à formis caelestibus uirtutes praestantur, operationibus naturalibus multis sibi inuicem succedentibus, ad quarum instar philosophi Alchimiam ordinauerunt, in operationibus suis.

K iij.

PROGNOSTICVM IOANNIS

naturam possit enus imitando. qui corpora primum calcinant, deinde soluant, elementa segregant, ut spiritum sublimatum ferè à proprietatibus elementaribus absolutum recipere possint, quem figendo constituunt, prout tradit Geber. cui similis ut uiuentium seminibus maxima uirtus inest purificandi metalla, eorumq; materiam alterandi, ac in aliud genus iuxta eius preparationem transmutandi. harum rerum cōmemorationem feci, quoniam similis processus fit ex astrorum influxibus. Intellecto itaq; ordine & modo quo caelestium uirtus infunditur, amplius contemplari oportet. Quoniam sicut gemmæ, herbæ, semina, & aliæ res uirtutes habent occultas sensu non perceptibiles, immo intellectu nostro immerso incomprehensibiles dicente Alkindo. Cum enim omnis humana conditio ex sensu oriatur, quare rerum proprietates q̄ plurimæ quas sensus non cōprehendit, de eis & earum conditionibus non fit scientia in ratione. Istæ enim uirtutes seminum diuersitates membrorum, organorum, complexionum, figurarum, colorum, omniumq; qualitatum occultarum & manifestarum iuxta diuersarum specierum conditiones efficiunt. Sic gemmæ & herbæ, similiter & uirtutes corporis animalis incōprehensibili proprietate mirandos ac prodigiosos effectus operantur. Sic ex ista prodigiola constellatione nascetur propheta in anno. xcvi. uel circiter ut sequitur.

PROPHETA DOCTVS IN CATHEDRA
habens librum & docens populum.



CAPVT VICESIMVMNONVM



Cum multæ sectæ orientur, & aliarum rerum cul-
 turæ in breuibus annis sub istis prænotatis tem-
 poribus, tunc uir sapiēs orator cum ad annos per-
 uenerit discretionis, impetus cælestes perpendēs
 cōmōtiones in populo cupiens facere, Hic popu-
 lum hortat, persuadet, & uarijs gestibus animos
 eorum corroborat, & inclinationes & impetus
 confirmat, utilitates populi, & damna &c. prænunciāns: Un-
 de inter se confortantur, & cōfœderationes & pacta ineunt, quibus